

DEO DUCE ET AUSPICE CHRISTO!  
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA.

48.

33.

DE 1692.  
**AFFECTIBUS SE-  
NUM SALOMONÆIS,**

*Quam*  
AUTORITATE & GRATIOSO AMPLISSIMÆ  
FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,  
IN ILLUSTRI ac PERANTIQVA ELE-  
CTORALI ACADEMIA HIERANA,

SUB PRÆSIDIO

*Viri Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimi  
atq; Experientissimi,*

**DN. JUSTI VESTI,**

MED. DOCT. ANAT. CHIRURG. ac BOTAN. P.P.  
CELEBERRIMI, FACULTATIS MEDICÆ ASSESSO-

RIS & p.t. DECANI GRAVISSIMI,  
Domini Patroni atq; Promotoris sūi obsequiosè  
colendi,

FRO

LICENTIA

*Summam in Arte Medica Adorem Apollinarem,*

*Honores supremos & Doctoralia Privilégia rite capessendi,*

*Publicæ ac placidæ Eruditorum censura fisiit*

**AMBROSIUS Stegmann/**

Wettinō Saxo,  
IN AUDITORIO MAJORI HORIS CONSVENTIS,

*Ad diem Maii Anno 1692.*

ERFURTI, Charactere KINDLEIANO.

# VIRIS

PERILLUSTRI ac MAGNIFICO,  
ILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS  
& EXCELLENTISSIMIS,

DN. CAROLO A DIESKAV,  
HÆREDITARIO DOMINO IN DIESKAV & LO-  
CHAV, SERENISS. ac POTENTISS. ELECTOR. BRANDENBURGIC.  
REGIMINIS, QVOD HALAM ILLUSTRAT, ut & AULICO CONSILARIO  
SPLENDIDISSIMO, REDIDUUMQUE PROVINCIALIUM  
DIRECTORI GRAVISSIMO.

DN. JOSIÆ A VELTHEIM,

HÆREDITARIO DOMINO IN OSTRAV, HARPKE & GLODORFF.

DN. ~~FRASCO~~ BURCHAR-  
DO A BODENHAUSEN,

HÆREDITARIO DOMINO IN BRANDIS, RADIS, WOLFFIGERO-  
DA, SELLSTEDT, &c. &c. SERENISS. ac POTENTISS. ELECTOR. SAXON.

JUDICI AULICI ASSESSORI SPECTATISSIMO.

DN. OTTONI CHRI-

STOPHORO aus den Windel/  
HÆREDITARIO DOMINO IN WETTIN & BRANDIS.

DN. CHRISTIANO FRI-

DERICO A SCHULENBURG,  
HÆREDITARIO DOMINO IN SCHOCHWITZ, LUBSDORFF,  
ERDEBORN & LUTGENDORFF.

Mæcenatibus, Patronis ac Dominis suis gratosis

inscribit, offert, dedicat in deuotissimi Animi signum Specimen  
hoc Inaugurale obseruantissimus Cliens

Ambroise Stegmann / Medicin. Doctorandus.

J. N. S. S. T.

## PROOEMIUM.

I Mortalium conditionem  
ab ovo, ceu dicunt, accu-  
ratori mentis acie contem-  
plamur & examinamus,  
non immierito exclamare  
tenemur cum *Plinio* l. 32.  
H. N. OMNIS ÆTAS MI-  
SERIA EST! Quibus verbis non admodum  
dissona loca passim in Sacro Codice occur-  
runt, humanam miseriā graphicē depingen-  
tia. Ad Ætatis Hominum gradus ascendens,  
eosque expendens, sapientissimi *Seneca* judi-  
cium inveniet l. 3. Q. N. expositum, cum dicit:  
*Infantia, Pueritia, Juventutis sua sunt mala,*  
*sed Senectuti plurima, gravissima.* Hinc  
malam ætatem qui dixerunt Senectutem, non  
male dixerunt:

*Nam res plurimas pessimas, cum advenit,*  
*affert,*

A 1

Iamen-

(4)

Iamentatur *Bion* apud *Laertium*. Et ut verbo me expediam: Morbum esse ipsam Senectam, cum *Phormione Terentiano* Act.4. Sc.1. dico, & quidem satis molestum, qui naturaliter in nos, non violenter irrumptit, sed sensim, & quasi sine sensu irrepit, ut *Senec. l. i. de Ir. c. 5.* illam verbis, licet à vero Numine alienis, describit. Quot autem quantique Morbi Senum sint, non difficile est intelligere, aut difficillimum enumerare. Nam nomen ipsum, languoris calamitatisq; plenissimum, indicat & adspectus ipse Senum illos patefacit: Quid enim aliud est videre Senem trementem, incurvum, canum, imbecillum, infirmum, quam cernere morientem vivum, aut viventem mortuum? *Cic. Consul.* Senes non sunt sine querela, ingemiscit *Bernhard. Gordonius* l. 16. de conservanda vita, quoniam à vertice capitis usque ad plantam pedis non est in eis Sanitas. Segnescunt iis vires & Corporis & Animi: Si excutias corpus, hebes est, si animum, itidem est, aut mox erit. Si memoriam consideres, obtusa est. Si ratiocinium, Pallas, quam ex cerebro Jovis prosluisse Poetæ cantarunt, parum propitia est. Quem Sensuum torporem & decrementum eleganter *Plin. l. 7. c. 50.* sensibus quasi in tabula iis sit, quando dicit: *Hebelcane*

(5)

beſcunt ſenſus, membra torpent, p̄amoritūr  
viſus, auditus, ingressus, dentes etiam ac ci-  
borum instrumentum. Morbi catervatim in-  
gruunt, Catarrhi, Vigiliæ, Tuſſis, Scabies, Pru-  
ritus, Indigestio, Retentio Urinæ, & quæ ſunt  
ſexcenta alia, eaque moleſtissima & impor-  
tu- niſſima, quæ miſeros Senes ad iſpam uſq; mor-  
tem comitari ſolent, & quæ Artis noſtræ Oracu-  
lum hinc inde in ſcriptis ſuis proponuit, atq;  
Perfectiſſimus Naturaſ Mysta in ECCLE-  
STE SUO CAP. XII. non ſolum acute, ſed &  
ornatè delineavit. Personæ proptereà iſtæ mi-  
ſerabiles & commiſeratione dignæ non im-  
merito in JURE varia Privilegia & Immunita-  
tes confeſſas habent: Ita & Medici eidem Se-  
nior tranquillo & à variis morborum iuſtibus  
immuni conſervando affuſunt, ſæpeque pe-  
culiari conſideratione Illorum affectus in pra-  
xi examinant. Si licet, libet & mihi loco Spe-  
ciminis Inauguralis AFFECTUS SENUM  
ſecundum ſerię SALOMONÆAM ad ven-  
tilationis iuicem revocare; Inquisiturus  
quippe ſum in naturam Ipsiſum, ſimulque o-  
ſtentur in quantum, & quomodo curari  
poſſint. Faxit itaque DEUS, ſenum unicum  
ſolatiū, ut propositum hoc meum cedat  
**FELICISSIME!**

THES.

## THES. I.

**N** nulla igitur Ætate, præter infantiam corpus imbecillius est, ac in SNECTUTE, cuius Potentia ad unum omnes adeò sunt prostrata, ut quod ante solebamus, amplius jam expedire non valeamus. Tota nempe Calidi Innati, Humidique crasis est inversa, & mutata in frigidam, siccām & excrementiam, ut hinc neq; pes, neq; manus, neque illa alia pars suum perfectè exequi posit officium. VENTRICULUS Corporis nostri, non vanus semper Interpres, Judex & Coquus, ceterarumque Partium Famulus communis, aliquin in firma ætate alimenta ab ore ingestā, & beneficio dentium concisa, in molendinaquæ farinacea quasi contusa, nec non salivali humiditate imbūta, imprægnata & soluta, veluti in Retorta tubulata, seu vasculo destillatorio nativo suo (qui à Sangvine arterioso Spiritibusque influentibus in viore conservatur) & adjacentium, vel vicinarum partium, HEPATIS nimir. LIENIS & OMENTI, ipsiusque etiam cibi & potus assumpti fermentatione incensa, magis magisque excitato calore bene coquit, ac digerit, & vi fermentationis felicissimè solvit, eorum vincula destruit & in massam uniformem tremori ptisanæ similem, CHYLUM nonnullis di-  
ctum, redigit.

## THES. II.

Hinc porro in integræ ætatis ac sanitatis corporibus, ab inutilibus ac faculentis, partes alimentorum sangvini repارando utiles segregantur, ubi accedente dein blanda in Intestinis, seu ventriculo prolongato, & ex adfluxu bilis & succi Pancreatici facta effervescentia, unitorum secretio, & unendorum concretio actu celebratur & sic laudabilis, nullisque peregrinis particulis imprægnatus CHYLOS, in vasā Lactea propellitur, & dein per vasā Mesenterica & Thoracica Sangvini circa venam Axillarem infunditur, & de-

num

mum in ipsum Cordis thalamum introducitur. De quo negotio si placet, plura videantur in *Lovver. Tr. de Cord.* p. m. 219. Scybala verò seu partes excrementitiae & factulentiae per INTESTINA CRASSA, & ultimum demum RECTUM exonerantur vel egeruntur, ut hinc is demum sanus dicendus sit, qui bene INGERIT, DIGERIT & EGERIT.

## THES. III.

Contrarium autem se prodit in SENIBUS. Hi enim non perfectè alimenta ingesta in ore valent contundere, confundere ac conterere, quia tūm ab humidi & calidi nativi absumtione dentium radices maciores tenuioresque evaserunt, & alveoli ampliores, ut hinc dentes firmiter contineti nequeant; tūm à nimia humiditate excrementitia, dentium compages & vincula, gingivæque laxatae sunt, ut sic miseri Senes nolentes dolentes edentuli fieri cogantur. Quem affectum Sapientissimus Regum in his describit verbis: *Molentes ostiantur in numero minuto: Wenn müsig stehen die Müller / daß ihr so wenig worden ist/ und die Stimme der Müllerin leise worden ist/ hoc est: Dentes, qui alias cibos solidiores conterunt, jam ob vacillationem & paucitatem officium suum non amplius faciunt. Dentes enim molendinæ farinaceæ se ad instar habent, ut enim in molendinis unus lapis molaris circumgyratur super alterum immobilem, & ita frumentum conterit, eodem etiam modo instituitur masticatio, commotione maxillæ inferioris, immobili manente superiore.*

## THES. IV.

Neque SENES postea in VENTRICULO, jam jam debili, caloreque suo nativo & adjacentium Partium quodammodo privato, fermentoque naturali immutato, male ore ingesta alimenta possunt DIGERERE & coquere: Hinc quia non facile corrigi potest in secunda aut tertia primæ Coctionis vitium (nam juxta Helmontii effatum Praet. Humorist. pass. decept. Non itur ad secundum aut tertium, nisi

per

per absolutum primum ) multo minus Ore male INGESTA & in Ventriculo imperfecte DIGESTA, possunt EGERERE. Qualis enim Masticatio, talis Coctio, & per consequens talia excrementa & excrementorum Egestio. Proinde hinc tot illa, & penè infinita alia mala, quibus miseri Senes sepius sunt obnoxii, oriuntur.

## THES. V.

Laborat VENTRICULUS in Senibus imprimis Cruditibus & Inappetentiâ. Cruditates vero in illis oriuntur ex vigoris & Spirituum defectu, quem æquè partes aliae ac ventriculus persentificantur, ac produnt, quatenus præsertim legitimo suo fermento destitutus ventriculus immemor est Chymie legitimi conficiendi. Porro in Senibus fibræ & parietes Ventriculi redduntur laxiores & flacci, ut alimenta non queant ritè comprimi, & sic alimenta indigesta abire necesse habeant in materiam putrilaginosam, acidam, viscidam & nidorosam, quæ dein in Ventriculo residua partim pôdere suo tonum Ejus semper laxiorem efficit, siveque ad comprehendendum magis magisque ineptum reddit. Partim visciditate, tenacitate, aciditate ac nidorositate sua ploris Ventriculi & Intestinorum se insinuat, parietes aggravat, distensiones continuas, lancinationes, tormenta, phlogofes, murmur, fatus, ructus, sputationes & sexcenta alia, Catarrhorum nomine quoque involuta, producit.

## THES. VI.

Imminuitur Appetitus Ciborum subinde ex causis di-  
ctis, quando defectus humoris fermentationi atque digestio-  
ni ciborum aptus deest, & adsciscit vitiosam ac peregrinam  
acrimoniam, aut iners & segne redditur à cruditatibus visci-  
dis in Ventriculo hærentibus, quæ obruunt & obtundunt  
fermentum, ut nequeat spicula sua exerere in sensiles partes  
ventriculi, hinc Cibi non adeo arrident illorum palato. Inter-  
dum & Senes alimenta intensius appetunt, & copiose in-  
gerunt, sed cruda & plane immutata ~~ā~~ vel ~~ā~~ iterum e-  
gerunt.

gerunt. Quod vitium oritur ab acrimonia & aciditate mīmia succi fermentativi, qui rodit nimis & collique scere co-  
git alimenta. Nam rarum contingens est, quod Petrus Ca-  
stellus, Professor in Sicilia Messana de se ad Panarolum scribit:  
Ego, ait, licet Senex ultra LXX. sim, corpore tamen & mente va-  
leo, manus, pedes, oculi bene se habent, in horto meo adhuc laborare  
quero. Non sum senex catarrhus, flatuosus, podagricus, sed ven-  
triculus mihi validus est, & melior, quam dum juvenis eram, nul-  
lus cibus mihi nocet, bene prandeo, melius cōno, noctu studendo us-  
gilo, quantum volo in lecto dormio, quantum sufficit, deambulo ut  
juvenis quilibet, mihi manus non tremunt, ut alii Senibus.

## THES. VII.

Egestio lāditur in Senibus tūm excessu, tūm defectu in  
Alvo lubrica vel tenaci; item in suppressione, effrenove flu-  
xu Urinæ, aut stranguria &c. ad quos affectus Divinus Au-  
tor sic alludit: *Clauduntur ostia in platea: Wesh die Thüren  
auf der Gassen geschlossen werden.* Constipatur, autem  
alvus in Senibus multis ex causis. (1.) Quia Natura in Seni-  
bus ob debilitatem est Segniis, & interdum etiam ob biliis de-  
fectum non sentit stimulum. (2.) Ab assumptorum ob di-  
minutam appetitiam paucitatem, ex qua resultat fæcum ra-  
ritas, quæ expultricem non admodum sollicitat. (3.) Quia  
humores excrementitii ex mala digestione & vitâ Senum ut-  
plurimùm otiosâ & sedentaria (cui indulgere virium imbe-  
cillitas cogit) redduntur parci, tenaces & viscidi. (4.) Quia  
via, sc. Intestina, non bene sunt constituta, tūm ab intempe-  
rie illorum frigida vel sicca, vel per se, vel per consensum ab  
intemperie partium vicinarum introducta, tūm ab Inte-  
stinorum fibris corrugatis, & exsiccatis vid. *Hippocr. Aph. 54.  
d. 2.* tūm denique ab obstructis à pituita viscida Intestinis.  
In quibusdam etiam Senibus alvus est fluidior, tūm ob laxi-  
tatem & humiditatem nimiam excrementitiam, tūm ob cru-  
ditatem acidam Intestina stimulanten, tūm denique ob du-

riora, cruda vel flatulenta assumpta, quibus tonus langvidus à langvore Spirituum resistere aut contrarium imperare non valet. His si accedunt alia injuriæ, frigus & similia, malo illi majus & accedit incrementum. Sic sèpè Senes loco excretionis seminalis alvum solvunt, & thalamum conjugalem stercorant, præcipue si stimulantibus, vel alvum solventibus usi fuerint, vid. Rofinek. de partib. genitalibus. Hinc in jocum & dipterium abiit: Senes pro propria & voluntaria vene, habere in voluntarias cacatiunculas & mitientes; vid. Lucian. Dial. Terps. & Plut. p. 253. rationem reddit Plutarch. in Q. N. T. l. p. 924. 6. quia Senes tremunt & horrent, & alvi ideo humectantur, veluti iis, qui imaginando periculum concipiunt, cum nimirum sentiant se amasix suæ juvenculæ non esse sufficientes. Germ. dicunt: Es wird ihnen salv. hon. scheißangst / vel scheißbange.

## THES. VIII.

RENUM & Vesica Actio Iuditur circa urinam emitendam, & planè tollitur in ISCHURIA, diminuitur in DY-SURIA & depravatur in STRANGURIA. Quæ via in Sacro textu his dantur verbis: Confringitur rota super Cisternam, und der Eymer zulede am Born/ und das Radt zubreche am Born. Ex his verbis vel cœcus etiam colligit, Salomonem perfectissimum fuisse Anatomicum. Experimentum enim mechanicum, quod summis de cisterna ejusq; rota, nil nisi intimam & exactissimam corporis humani peritiam sapit. Quod Excellentissimus Dn. D. Wedelius, Magnum illud Medicæ Artis Oraculum, Præceptor quondam & jam Patronus meus nunquam satis laudandum, dudum oluit, & in Physiologia sua subtilissima S. 3. c. 21. & Exercitat. Medic. Philologic. 3. Decad. 3. doctissime enodavit. Res nos, dicit, cisterne ad instar sunt, ex quibus aqua, vel urina, blandè licer, destillat per pelvem tanquam infundibulum, & Ureteres velos canales in vesicam, & mediante urethra effluit. Rota au-

6673

tem seu machina hydraulica tūm continuitatē actionis notat, tūm ipsam Renum structuram. Renum enim interior gibbosā pars si dissecetur, & caruncula papillares separantur, tubulis tunc lymphatici, accuratori oculorum acie examinati, stellati quasi apparent, sive rotæ lineas aut figuram quasi representant. Cessat autem in atate senili cysterne, rotæq; id est Renum & vesicæ actio multis ex causis (1) ob coctionem debilem, (2) à Spiritibus flatulentis, (3) à Renum, fibrarumque transversarum, vesicæ &c. contracta Intemperie frigida, inflammatione, abscessu, vel exulceratione ; hinc officio suo non ritè fungi, sangvinem non attimtere, minus multo serum segregare valent. (4) Si ureteres, cervix vesicæ ac meatus urinarius à pituita viscida, calculo &c. obstruuntur. Incontinentia urinæ illis accidit, quibus vasa urinaria nimis sunt laxa & & sphincter vesicæ laxus, cui & malo aliæ causæ plurimæ procatareticæ & ~~περιγόμενη~~ ansam præbere possunt. Stranguria natales suas ducit vel (1) à calculo acuto, (2) à Seri & urinæ acrimonia & mordacitate, (3) ab acore urinæ permisto, (4) Pure, à purulentis renibus, autrupto alterius alicujus partis abscessu in vesicam derivato, (5) à pituita salsa, (6) ab exulceratione vel excoriatione interioris vesicæ, (7) ab assumptis variis fermentescibilibus & acribus, (8) à Retentricis facultatis ob causas modò commemoratas in vesica depravatione ac irritatione. Sic & illi Senes, qui Veneri juvenes strenue litarunt, sepiùs stranguriam patiuntur ob vias urinarias magis calefactas & exsiccatas, aut forte propter humores acres & stimulantes corporis, qui nondum in Senectute prorsus evanuerunt.

## THES. IX.

Lubet & hic, cùm de Excretis & Retentis agamus, quædam de obstructione mensium in sequiori, ut & de Seminis Retentione in utroque sexu infondere. Nulla quident sanguinis excretio naturalis & ordinaria est, quam quæ sexui

fœmineo (nisi forsitan quis hæmorrhoides illi fluxui annumerare velit) singulis mensibus, tūm ob singularem DEI & Naturæ ordinem, & sine dubio propter auram feminalem in sanguinem redundantem, tūm & propter sérōsiorem sanguinis, turgescientiam & fermentationem evenire solet. Incipiunt autem plerumque post secundum septenarium, anno nimis. 14. ubi ad s̄obolis procreationem aptæ esse incipiunt, quamvis & interdum cūm citius (quando malitia supplet ætatem) tūm tardius erumpant, ut observationes hinc inde prostant. Sic observavi annos 12. natæ alicui pueræ plethoricae & lascivæ, bis in mense sua fluisse ~~ægratim~~, & cuidam post vigesimum sextum decimū annum erupisse. Cessat hic fluxus utpl. septimo septenario, & post quinquagesimum annum subsistit, tūm quia fœminæ tunc temporis ad concipiendum ob sanguinem pauciores & virium debilitatem ac spirituum genitalium defectum non amplius sunt idoneæ, tūm quia serofitas sanguinis ab ingruente siccitate & frigiditate suam turgescientiam & fermentationem amittit. Omnia quippe, quæ volatilitatem sanguinis invertunt, mensium quoque defectum pariunt. Observavi tamen & mulierem in laboribus rusticis natam, quæ anno quinquagesimo septimo adhuc peperit, quæ & mihi post duos annos retulit, se adhuc singulis mensibus suis gaudere menstruis. Magnas itaq; fœminæ hæ Senes subeunt mutationes, magnosq; hinc inde patiuntur morbos ex defectu & retentione suorum menstruorum, ut cephalalgiam, cachexiam, palpitationem Cordis, phlogosin, lancinationes, doloresque varias, Arthritidem, paralyzin, Apoplexiā, suffocationes & alias affectus hystericos & quæ sunt sexcenta alia, de quibus consuluntur Practici.

## THES. X.

Sic seminis retentio utriq; sexui etiam multas inferre potest mutationes. Cum & senes à corruptione & acrimonia

nia

nia seminis sēpius adeò torqueantur, ut ex pruritu nesciant, quid sibi velint. Salaces enim dicuntur à sale, & noster vulgus dicit: **Die alten Bocke und Ziegen lecken auch gerne Saltz.** Sic novi virum fermè ostgenarium, qui viduus ex seminis retentione furorem melancholicum patiebatur, cum verò post multa incassia adhibita remedia iteraret matrimonium, quām celerrimè liberabatur à suo malo. Sic *Plautus* I. i. c. 3. Præf. de nobili Matrona aliquin honestissima refert, quod propter seminis & mensium retentionem tanto furore fuerit correpta, ut tam homines, quām bestias ad congressum verbis, gestibusque turpisimis invitare non erubuerit.

## THES. XI.

Stat Sententia in Scholis medicis usitatisima: *Qualis Chylus, talis sanguis, qualis sanguis talis Spiritus, qualis Sanguis & Spiritus talis Sanitas & Vitalitas.* Matre enim existente mala vix melior, quin deterior sēpius præsumitur filia. Cum itaque in præcedentibus thesibus plurima vitia ex chyloſi laſa orta deriderim, erdo me jam trahit ad ipsius sanguinis vitiosam diathesin. *Divinus* à me aliquoties allegatus *Autor* sanguinis & Cordis conditionem considerans, allegoriam sumfit de Sole dicens: *Quando Sol obtenebretur. Wenn die Sonne finstier wird.* Sicut enim in Macrocosmo præst Sol, qui Cor mundi vocatur, & quasi Dux & Moderator reliquorum Luminum, Princepsq; benignissimus existens effluviis suis, radiis, calorequē omnes res sublunares foveat, confervat & auget. Sic & Cor nostrum, tanquam Sol Microcosmi (ad mentem illorum, qui comparatione inter Macrocosmum & microcosmum institutā delectantur) omnibus aliis partibus etiam remotissimis præst, & benigni sui vivifici, vel vigorem largiētis, calidi & humidi influxu & refluxu refocillat easdem, quæ, male aliquin habente illo principio vel causâ, cum suo

purpureo rore, non possunt diu aut bene subsistere, legitimasq; suas functiones edere.

## THES. XII.

Chylus nempe, ut jam antea diximus per vasā lacteā mesenterica & thoracica circa venam axillarem sanguini infunditur, & per Venam Cavam in dextram Cordis Auriculam vehitur, quā dum se comprimit, illum in dextrum Ventriculum pellit, quo repleto Cor dilatatum pulsū edit, sanguinemq; sese constringendo impetuose protrudit per venam Arteriosam, ( arteriam pulmonalem recentioribus dicitam ) ob valvulas foras spectantes in Pulmones, à quibus Sangvis redit per Arteriam Venosam seu venam pulmonalem ob valvulas intro spectantes, in sinistrum Cordis ventriculum, ex dicto hoc ventriculo porro sanguinis circulatio procedit per auriculam sinistram in Arteriam Aortam seu Magnam. Per cuius partem descendenter, & quidem in progressu per Arteriam Cœliacam hujusquæ ramum sinistrum spleneticum ad LIENEM, & simul per Vasā brevia, ab hoc orta, ad VENTRICULUM, nec non PANCREAS per sparsa ab eodem vasā. Pergit præterea sangvis per dextrum Arteriæ Cœliacæ Ramum & Venam Portam in HEPATIS parenchyma. Per Mesentericam verò superiorem & Inferiorem ad INTESTINA & MESENTERIUM, Ejusquæ glandulas. Porro profluit sangvis per Arterias Renales ad Renes. Per Arterias Lumbares ad Medullam vertebris inclusam, vicinosquæ musculos. Per Arterias autem spermaticas ad Testes, eorundemque Parastatas in Viris, in fœminis verò per easdem Arterias, ut & Iliacas, harumq; propagines Hypogastricas, Musculas Epigastricas, Pudendas &c. tendit ad Ovaria, cervicem Uterique fundum, ut & in utroquè sexu ad vesicæ cervicem, denique per Arterias crurales externas atque cutaneas & internas prorumpit in pedes.

THLXIII.

## THES. XIII.

Ut & superiorem hydraulicæ machinæ in Microcosmo nostro existentis conditionem leviter attingam. Ascendit Sangvis per Truncum Aortæ ascendentem, & quidem per Ejus ramum subclavium, & ab hoc enatas Arterias Mammarias ad Mammas, & per procedentes à subclaviis Arterias Intercostales superiores ad latera pectoris, ex quibus ad humerum & cubitum, extremamque denique manum in exporre. Etis Arteriis Axillaribus purpureus ille & vivificus corporis humani ros pervenit: Porro per Arterias Caretides vel Saporarias pergit, quæ unâ cum Cervicalibus partes capitis & collis anteriores ac posteriores, item externas & internas variorum ramlorum adminiculo irrigant. Fertur insimul ex dictis vasibus portio sanguinis ad glandulas videlicet Parotides vel maxillares tam inferiores, quam superiores, ex quibus stillat notus ille latex oris Saliva, primum illud menstruum cibis in ore volutis accedens, aliosq; usus faucibus largiens. De hinc ex dictis istis sanguiferis Arteriis portio sanguinis Uvula, Gingivis, tonsillis, faucibus, oculis, frontis craniique involucris, & ipsi denique cerebro communicatur.

## THES. XIV.

Læditur autem sanguificatio in senibus, (i.) Ratione Efficientis, nempè Cordis secundum Harvæum, sed principii rarefactivi rectius in vivifico Rore purpureo exhausti quodanternus atq; debilis, ut ideo partes varix sentiant simul illorum defectum, quatenus nimirum calor in iis est obtusus, principiaque vitalia tam debilia, ut non possint ritè elaborare ex sanguine p. n. constituto nutrimentum conveniens, veluti Ecclesiastes loco citato negotium hoc exponere videatur his verbis: *Antequam consumatur vita aurea: Ehe denn die guldene Ouelle verlauffe/ i. e. antequam calidum innatum & humidum radicale, quib⁹ vita Hominis conservatur, deficiant. Aurum enim videtur cum coelesti nostro calore &*

*rutilat.*

rutilanti eximio sanguine sympathiam & familiaritatem indicare. (2) Ministrantes reliquæ partes & viscera , sanguinem depurantia , & aliis rationibus sanguinis integratati inservientia , videlicet Hepar , Lien , Pulmo , Renes &c. Regis ad exemplum nimirum Cordis non melius sàpè habent, quatenus nimirum ex sua culpa sunt debilia , & ex inordinatis Chyli vitiosi fermentationibus, atquè ab his dependentibus ac subsequentibus aliis cruditatibus, eorum fermenta simul sunt enervata, & sic tota massa sanguinea infecta . Ex his defectibus itaque sanguinis atquè reliquorum humorum variorum , sanitatis athletica fons purus neutiquam sperari potest. Destitutus enim sanguis legitimis spiritibus vitalibus , ut & qualitatis variæ desideratae conditione, quatenus ille non existit moderatus , blandus, fluidus & agilis, sed ex defectu seri fluidi quandoquè plus justo viscidus aut reterritus, & flatulentis, acribus, scorbuticis, vitiosis particulis imbutus, quid boni ex his polliceri possumus sènum tranquillæ corporis œconomiz ?

## THES. XV.

Ex fonte itaque isto corrupto non possunt non sènum Languentium varii promanare insultus noti ; videlicet viuum Langvor , & Facultatum plurimarum Animalium, vitalium ac Genitalium decrementum. Porro observatur Palpitatio & tremor cordis senibus molestus , quia viscidus & exhaustus sanguis cordi non inservit pro legitimo circulationis & motu negotio, & propter acres, acidas & sylvestres accitas particulas, in pericardii fortassis laticet latentes , impatiens & inquietus in sanguine & corde motus provocatur. Dicti etiam vitiosi humores sine dubio Marasma, Pruritus corporis, scabiei &c. non raro ansam evidenter subministrant, uti thesibus subsequentibus plura de hisce suppeditabo.

TRES,

## THES. XVI.

In specie autem senes ob serum excrementitum sunt catarrhos & sputatores, quod & sapientissimus Regum his verbis intendit: *A pluvia de lapsa revertuntur nubes fecundae,*  
*& nemo non novum metuit sillicidium: Wenn Wolken wieder kommen nach den Regen/* i. e. quando insenibus una defluxio catarrhalis excipit alteram ex lymphæ varia & glandularum pariter corrupto statu, quem ex mare sangvifero & visceribus corruptis contrahunt, de quo malo scitè Clementius Clementinus Lucubr. p. 7. philosophatur: *Seneclus,* inquit, *similis fôrdido autumno est, in quo pluviae & venti sicut in senibus catarrhi & omnia genera malorum crebrescunt.* In senibus enim coctio viscerum, cœuli liquet ex haëctenus dictis & non ignota serum conditione, est debilis, & tales humores crudi, viscidi & ex clementi quotidiè generantur, qui post dictos affectus & Pulmonum bronchia, spongiosamquè substantiam obsidere sunt apti natii. Si obstruc̄tio ingruit vehementior oritur Catarrhus suffocativus: *Quicquid enim Apoplexia est in cerebro, id catarrhus suffocativus in pulmonibus, dum in cavernulis & poris spongiosis pulmonum obstruc̄tio deprehenditur, quia nullibi in corpore magis liberæ viæ requiruntur, quam in Pulmonibus, ejusq; vasis pro aeris reciprocatione.*

## THES. XVII.

Ab eodem ferme principio oritur & Tussis serum, quantum nimirum pituitosi, viscidi, crassi, acidi, salsi, muriatici & inæquales humores aut in pulmonibus separantur, aut in asperam arteriam incident illamq; irritant.

## THES. XVIII.

Per frequenter etiam Difficilis Respiratio & Angustia Præcordiorum, senes in mitiori gradu, quam in suffocative, paulò antè dicto, catarrho affligunt, quia nimirum Spiritus ad respirationem legitimam sufficientes deficiunt, vel

C

qua-

quatenus viscidi & pituitosi humores per Pulmonum caver-  
nosam substantiam non possunt recte traduci, sed in iis-  
dem potius coagulantur: Quibus enim eductis per tussum,  
dispnoea remittit. In valde senibus cartilagini sterni ali-  
quando osseas fieri, Anatomia detexit, & hinc nonnulli res-  
pirationis difficultatem, quae in illis observata fuit, deduce-  
re volunt: Id quod de aliquali difficultate concedi forte  
potest, præsertim si & musculis intercostalibus senilium spa-  
modicorum humorum portio impacta inhæreat, eosque  
immobiles reddat, quoniam in respiratione naturali, dum  
deorsum sternum trahitur, aliquem circa costarum cum car-  
tilagibus sterni motum observare licet.

## THES. KIX.

Si Respiratio sit difficilior, crebra, anhelosa ac cum si-  
bilo quodam, dicitur Asthma, arguitque majorem viscosi  
humoris copiam. Cum ASTHMATA qua talia non ori-  
antur, nisi antecesserit vel Tussum, vel Catarrhus: Non e-  
nim cum Veteribus & Recentioribus quibusdam materiam  
illam pituitosam à capite delabi, & per Laryngis rimulam  
descendere statuo, siquidem magis credo, materiam illam  
humidam, partim in ipsis Pulmonibus gigni, partim per Va-  
sa Lymphatica, Asperam Arteriam, omnemque spiritali-  
um viarum ambitum coronantia, & per glandulas, poros,  
ductusque exiguo in Asperam Arteriam, ipsiusque canali-  
culos vel bronchia penetrare dico cum SCHNEIDERO de  
Catarrh. I. 3. c. 4. & 5. Spiritus etiam dissipati & imminuti  
in SENIBUS sè causantur hunc affectum, quatenus insuf-  
ficienter per nervos intercostales & par nervorum vagum,  
quod Pulmonibus & Ventriculo prospicit, influunt, nec re-  
ctè strigunt, motumque Pulmonum sic impediunt: Hinc  
& anicularum decrepitarum Asthmata chronica ad ur-  
nam usque illas concomitari solent. Atque sic accusatæ in  
præcedentibus Thesibus visciditati fortassis, & subinde spaf-  
modi-

modicus humor & materia se jungit, unde Pulmones, tandem tanquam à calore constricti, corrugantur, nec legitime se expandere, atquè sic necessarium respirationis negotium expedire valent; veluti HELMONT. *Tract. Asthm. & Tuss.* §. 68. it. *Cathar. delir.* §. 38. istiusmodi in Asthmatis accusata causa fortassis non est vanus vel ridendus.

## THES. XX.

Porro etiam MALUS CORPORIS HABITUS seu CA-  
CHEXIA, & MARASMUS SENECTUTI imminent.  
Nares nimurum senibus sunt acutæ, oculi concavi & caliginosi, tempora collapsa, auriculæ frigidæ & contractæ, cutis circa frontem dura, arida & rugosa, Color totius faciei ingratus. Ex labiis dentes, si qui adhuc residui, vel septo suo destituti, vel denudati facile apparent. Vox illis, (quæ per appulsum Lingvæ ad Palatum & dentes per labiorum mutuam conjunctionem, inferioris quæ labii ad dentes superiores applicationem articulatur, ut quid significet, intelligi poscit,) non amplius clara est, sed humiliis, tenuis, exilis ac rauca, & sicut etiam Oftium istud in humiliatae vocis clauditur, alsdenn wird auch diese Thür auff der Gassen geschlossen/und die Stimme der Müllerin wird leisse; quia Senes ostia labiorum raro aperiunt, vel illos multum loqui piget. Collum in illis attenuatum & longius inaequalequæ cernitur, dum Cartilago scutiformis, pomi Adami ludibrio infamata, insigniter protuberat: Germ. dicunt: Der Adams-Apfel hängt ihm weit heraus. CAPUT & Humeri, quæ membra erant in juventute erecta, ita se incurvant, ut Senes non aliter incedant ac illi, qui admodum timidi ac meticulosi sunt: De quibus SACER TEXTUS sic dicit: *Excelsa timens & fortissimi mutant in via: Da sich auch die hohen fürchten / und scheuen auff dem Wege.* Incurvatio autem maximè iis Senibus accidit qui proceræ sunt naturæ. *Hec, inquit Hippocr. d. 2. Aph. 54. Juvenibus liberalis*

beralis est, nec indecora. Senescentibus vero inutilis ac deterior breviora statura. Proceri autem in sacris dicuntur: *Viri mensurarum* Num. XIII, 33. Otto M. magnus mole corporis, omnem Regiam ostendebat dignitatem, senio autem confeatus inclinatus & in curvus incedebat, Wittichindo 2. Ann. p. 22. teste. De Tiberio Imperatore, sic loquitur Tacitus 4. Annal. 57. Illi praeclarilis & incurvia proceritas erat. Rationem dat Galen, in Coment. quod Senes hæc mole gravati incurvantur, ac gibbosi reddantur, quod brevioris statura hominibus non obtingit. Nam spina solet in senio contrahi, & ita incurvatur corpus, nutatque deorsum, adeo ut Senes perpetuo ferè omnium matrem, terram nempè, intueri cogantur, eamque requirere videantur, ut fessa membra gremio suo fovere dignetur, veluti Cornel. Gall. Eleg. canit.

*Contrahimur miroq; modo decrescimus ipsi,*

*Diminui nostri corporis ossa putes,*

*Neo collum spectare licet, sed prona Senectus*

*Terram, à qua genita est, & redditura vider.*

Tunc temporis enim Custodes domus tremiscent, & Locusta oneratur, ut oraculum illud sapientia in Ecclesiaste dicat: Wenn die Hütter im Hause zittern / und sich trümmern die Starken / und die Heuschrecke beladen wird. Gravantur nimirum ex nomine Senes, quando vires eorum labascunt, ut sic nequè caput, quod est ponderosum, nequè reliquam molem capiti subditam servare queant rectam. Pedes, quasi columnæ, fulra & Atlantes corporis superioris, nec tantam molem amplius sustinere valent, sed tremunt & veluti locustæ onerantur, i. e. gracilibus cruribus & depresso corpore ambulant, quasi videoas locustam, onus viribus suis impar ferentem, sub quo incurvari cogitur. Manus enim & Pedes, immo reliqua ossa corporis minus vestita sunt vel cincta musculis, sed Sceleton penè cuto solùm testum ut plurimum representant. Venter collapsus & veluti

Iusti inanis est. Clunes pendulae, coxae nudae, coccyx caudae ad instar exertus. Vel, ut apud Terent. non in eleganti hypotyposi describitur Senex:

*Incurvus, tremulus, labiis demissis gemens.*

Causa autem hujus mali Corporis Habitū vel Marasmi dependent, vel (1.) ex copia humorum pravorum & excrementiorum: Ventriculus enim, ut in superioribus dictum, in Senibus male chylificat, Cor & partes ministræ infeliciter sanguificant, & debiliter sic distribuunt succum alimentitium, illegitimèque apponunt, assimilant & agglutinant. (2.) Ex inappetentia & ciborum fastidio & exinde proveniente penuria succi alimentitii. (3.) Ex imbecillitate partium (4.) à Spirituum tum Animalium, tum Vitalium defectu, vel si iidem spasmodicâ, sylvestri & illegitimâ materiâ contaminati sint, vel denique (6) ab exsiccatis & contractis vinculis, porisque confidentibus.

### THES. XXI.

Ad malum Corporis Habitum seu Cachexiam jure meritoque etiam referenda SCABIES seu PRURITUS totius corporis, quem affectum ex his Salomonis verbis quidam elicere conantur: *Quando Locusta gravatur & omnis delectatio perit & exinxitur: Wenn die Heuschrecke beladen wird/und alle Lust vergehet/ i. e. quando ex scabie corporis partes ita gravantur & defatigantur, ut omnis concupiscentia vel delectatio dissolvatur.* Locusta enim veluti crustis scabiosis laborare videtur, qua ipsi querulae & salienti oneri esse dicuntur, ut scabies & pruritus Senibus, qui iisdem quandoque adeò vexantur, ut capite parietes sèpè pra impatientia petant. Oritur autem Scabies & Pruritus (1.) ab impuritate sanguinis: Ex experientia enim cuilibet Medico constat, primum recens natorum sanguinem esse impuriorum, eumque successu temporis magis magisque defacari,

In viris dein ad summum vigorem pervenire, & tandem iterum, accedentibus senecte annis, defectus suos pati. (2) A sero excrementitio, quia nimurum Nutrimentum in senibus est indigestum, & nutritioni laudabili ineptum, ex quo oriundo sero tenaci, parco & acri vel falso aut muriatico, postea facilitiori negotio Pruritus, frictio & hujus affectus scabies producitur. Salia enim acria in extimæ cutis superficie efflorescant, dum inter cutem & cuticulam rodere incipiunt, & solutionem cuticulæ moliuntur: quæ dum sit, oritur molestia quædam dolorosa in parte affecta, quam Medicorum Filii vocant pruritum. Idem humidum salino acre, ubi cuticulam à cute, & cutis ipsius fibras rostione solvit, tristem in partibus affectis sensationem infert. Dum verò, postea quām cuticulam à connata cute separavit, spatia vacua occupat, pustulas, superficiem partium exasperantes, producit. (3) Dependet à Cutis densitate & pororum constipatione, ex frigiditate & siccitate Temperamenti contracta: Etenim nisi serum cum fuliginibus & halitibus evacuetur, putruginem & falsuginem quandam acquirit. Has igitur superfuiditates Natura expellere conatur, verum, cum exitus illis praedatur ob cutis densitatem, pruritum excitant in toto corpore.

## THES. XXII.

In præcedentibus Thesibus dictum: *Qualem Ventriculus præparet Chylum, talis deinde conficiatur Sanguis & consequenter Spiritus.* Spiritus enim vitales ex subtilissimo chyli flore conficiuntur, ex quibus dicti Animales in Cerebro alcoholisantur: Hinc & Sapientissimus ille mortalium *Salomon* loco sapientis citato Cor, cerebrum & viscera reliqua habet pro causis sociis, dum dicit: *Anquam Sol Luna & Stelle obrenebrescant, Ehe denn die Sonne / Mond und Sterne finster werden.* Autores quippe per stellas interpretantur viscera insimi ventris, & per solem Cor nostrum, ut supradixi. Jam etiam statuendum, quod Luna comparari possit

fit cum cerebro nostro. Cùm Luna nimirum ceterarum Planetarum fit humidissima & frigidissima, ità ut humiditate suā omnia inferiora foveat, hinc & Humorum Domina audiat, lucemquę suam porrō à Sole mutuetur; ità & cerebrum nostrum ( ceu Luna Microcosmi ) est frigidum & humidum , Animalem Facultatem per nervos tanquam per fistulas quasdam in partes corporis inferiores, ad sensum & motum mittit. Efficaciam hanc habet à Sole Microcosmi, seu Corde, a quo Spiritus vitales , sanguini arterioso immersos, accipit, in quoque Parenchymate miraculoſo alcoholifat & exaltat in Spiritus Animales. E contrario statuendum, Oeconomiam Animalem ex vitiis diathesi CHYLI & SANGVINIS facilē posse turbari, quatenus vaporosa illa quæ emitunt , vel post se relinqvunt miasmata mali genii ad instar oberrant, & functionem modò vitalem modò Animalem labefactant. Primus igitur esto hostis, qui economiz Animali in Semibus infidias struit

## THES. XXIII.

VERTIGO , quando scil. res conspecta simul circumvolvi videntur & sensus Visus repente obscuratur, ægrotusq; sibi tenebras circum fundi opinatur. Hippocr. S. 4. Aph. 17. Causa intrinseca positiva hujus Affectus sunt, tam Sangvis viscidus & pirituofus, qui dum cerebri crassaque Meningis arterias subire cogitur, facile in iis subsistit & restagnat, liberamque spirituum in cerebro expansionem turbat, & compressione ista Spiritus inordinatos reddit & in gyrum quasi agit, sicutque vertiginem producit ; quam Vapores & Humores à ventriculi-vitiis Spiritibus Animalibus mixti : Quomodo autem ventriculi humores misceantur spiritibus, ex dictis præcedentibus notum. A calore nempe debili hi oriundi, nec in succum & sanguinem laudabilem versi, minus quoque spiritibus animalibus illorumque functionibus bonum fundamentum suppeditare sciunt, sed vitiōsē rarefunt,

attenu-

attenuantur & acrimoniâ suâ nerveas partes velllicant. Causa Privativa est vel Defectus Spirituum Animalium, vel penuria lymphæ blandæ, quâ legitimè temperari nequeunt spiritus; vel deniq; partium & imprimis capitis debilitas, veluti hoc à lalentibus & juvantibus quadantenus colligere licebit.

## THES. XXIV.

Imprimis autem Senes illud *Martialis*, *Pervigilare grave gravat*, veluti Senex ille apud *Cornell. Gall. Eleg. I. v. 260.* seqq. lamentatur :

*Ipsa etiam cunctis requies gratissima Somnus avolat, & ser à vix mibi nocte redit.*

*Vel si lassato nunquam dignabitur artus, turbidus in quantis horret imaginibus.*

In sacro textu dicitur : *Senes confurgunt & exvergescunt ad vocem volucris*, *Sie erwachen wenn der Vogel singet* / i. e. tam levis est senum somnus, ut etiam Galli cantu excitentur. Habent autem Vigilia in Senibus duas præcipue causas. ait *Galen. Comment. d. 3. Aph. ult.* *Curas nimirum soli ciuidines & ingentem siccitatem*, quibus non immerito etiam addenda humorum sylvestrium, acrium ac melancholiconrum abundantia, totum cerebrum inquietum, minusquæ compositum efficiens, ut actiones Ejus ideo etiam langvent & inconstantes inquietæ sint. Interdum & Propensio in Somnum & Lethargus Senibus obvenit, à Pituita abundancia, caloris verò ac spirituum defectu, de quo si non est grave, videas *Hippocr. d. 3. Aph. 30.*

## THES. XXV.

Debilitatur etiam Vifus in Senibus & tenebrescent corporis fenestra : *Si tenebras oculos obducit pigra Senectus, Wenn finster werden die Gesichte durch die Fenster.* Senescente Haaco caligârunt oculi, ut non videret, *Gen. 27. (i)* Eximina fangvinis spirituascentia, Animalium sicq; visoriorum

rum spirituum penuria, (2) ab impurore sanguine & lympha excrementitia humores oculorum & Spiritus vitiantibus: Sic ebrii propter humores turbatos Spiritus inquitantes sepiissimè falso dijudicant objecta: Es kompt ihnen alles gedoppelt vor die Augen. (3) Ab externo & conspicuo in Oculis humorum, partium coloratarum & tunicarum vitiis variis, quæ mihi prolixitatis fugiendæ ergo non licet jam fusius exponere, (4) deniq; à lœso oculorum motu: Motus enim secundario ad visum quoquè confert, & quia oculi in senectute contabescunt, visus simul caligat.

## THES. XXVI.

Sic quoquè Senes AUDITUS GRAVITATE & TINNITU laborant. In sacra Pathologia legitur: *Humilianiatur & obsurdescunt filia canentes. Wenn sich bück'en alle Tochter des Gesangs/ i.e. Aures cantilenas suaves alias amantes, jam auditus gravitate laborant, & adeo actione suâ privantur, ut penitus fiant surdæ, nec cantilenas amplius percipere queant. Læditur autem Auditus in senibus (1) à flattibus, (2) ab humoribus vitiiosis ibi collectis, qui partim organa obstruunt, partim laxa efficiunt, (humida autem & laxa minus sonant) (3) à motu spirituum vitiato, vel à defectu, impuritate & crassitie illorum, (4) ab organorum mala dispositione, nervi nimirum & meatu auditorii, cavernum aurium, & tympani, quando nimirum hæc obstruuntur, resificantur, crastescunt, & refrigerantur. Tres autem constituuntur Tinnitus species, (1) Tinnitus *κρίπτης* sic dictus, qui oritur à vapore tenui & inæquali, (2) Sibilus præsupponit vaporem crassiorem & æqualem, (3) Sonitus vel tonitru, quando adest sonitus & humores disploduntur: Tinnitus alioquin frequens in senibus prodromus Apoplexia.*

## THES. XXVII.

Familiaris porro Senibus est Paralysis, vel Hemiplexia.

D

Divinus

Divinus Autor hujus Affectionis allegoriam dicit à fune argenteo elongato, dicens : *Annequam reforatur funis argenteus : Ehe denn der silberne Strick wegkomme.* Per quem funem argenteum intelligit spinalem medullam, candore suo argenteum colorem amulanter, & se in varios ramos nerveos, ceteri funiculos argenteos expandentem. Paralysis nimirum inducitur, quando vel ipsa Medulla, vel Nervi qui ex illa suos ducunt natales coarctantur vel quasi disparent, vel obstruuntur, ut Spiritus Animales per illos inservire prohibeantur, & sic partibus Sensus & Motus adimuntur. Paralysis alia est Universalis, quando obstruitur origo Spinalis Medullæ ; Particularis vero, si obstructio sit in insertione, v. gr. ubi nervi musculis inseruntur & quidem vel in altera manu, digito, pede &c. Oritur autem hic affectionis in Senibus potissimum vel ab intemperie frigida & sicca, vel ab humoribus excrementitiis, frigidis, viscidis &c. nervos obstruentibus, vel denique à Spirituum penuria, à qua torpor, coagulatio, ligatio ac fixatio demum accedit. Sie datur etiam præter Paralysis, alia Motus in partibus impotentia, ortum sium ducens, tum à partis motui inservientis vitiosa dispositione, aliove morbo, si nimirum ossa in membris, quæ us firmata sunt, vel plane, vel non rectè loco moveri queunt, & quidem vel à ligamentis (quæ Articulos obvolvunt & in motu situquè naturali retinent) exsiccatis & induratis, aut, si Musculi eorumque tendines nimis refrigarentur, calorque eorum nativus hebetetur, vel etiam si isti exsiccantur & indurentur.

## THES. XXVII.

Paralysis etiam alia, est Primaria, quæ fit per se & sine Apoplexia, alia Secundaria, quando adest Apoplexia; quæ autem non terminatur in mortem, existit nempe in uno tantum latere : Germani dicunt: *Sie sind gelähmet.* Apoplexia autem totalis ingruit, quando tota Spinalis Medulla obstru-

obstructa est, ut Spiritus Animales influere nequeant, nec ex illa in nervos exire, hinc repentina insultu plurimæ Animales operationes simul concidunt, estque conjuncta more noto cum spirandi difficultate & levibus vita residuis indicis, quia abolita est spiratio in tantum, non in totum, ob musculos pectorales aliquo modo vegetos. Adebat deinde & sterter ob sufflamen respirationis & circulationis sanguinis organis illatum, ut & anxietatem, humorum motum atque colligationem. Signa quæ ut plurimum præcedunt Apoplexiæ potissimum sunt sequentia: Ob spiritus labefcentes præcedant capitis debilitates, gravitates, nutationes, subitanealingvæ impotentia, paralysis, oculorum caligo, aurum tinnitus, artuum formicatio, lasitudo, tremor totius corporis, palpitatio seu vibratio, torpor, verbo, Sensuum hebetudo, de quibus *Hippocr.* S. 6. *Aph.* 51. & *Conc. prenot.* S. 2. t. 6. Sic & vertigo, Lethargus à Frideric. Decker. in not. ad cap. 2. l. 1. *Prax. Barbette.* Extrema porrò frigescere, & judicium vacillare incipiunt, item Tortura Oris à Fo- resto L. 10. obs. 124. observata sunt. Oritur autem Apoplexia in Senibus, (1.) à Temperamento Eorum frigido & sicco vid. *Hippocr.* S. 6. *Aph.* 56. & 57. (2.) ab abundante humore excrementitio, formices cerberi totaliter obſidente, (3.) à sanguine viscidio & pituitoso, Arterias potissimum Carotides obſtruente, ut hinc novi Animales Spiritus non generari posint, & per consequens cerebri motus desinat, (4.) à penuria & appulſu Spirituum denegato portæ vel pori non libere vegetantur, aut aperiuntur, nec sic reciprocam apertoris & occlusionis vicissitudinem experientur.

## THES. XXIX.

Tandem ad ipsam Canitiem Serum accedo, quam Ecclæsiætes amygdalum florentem salutat: Wenn der Mandel= del= Baum blühet / quia nimis amygdalus novam quasi faciem induit, quando flores suos profert. Sic & Se-

nes suā canitie superbunt, & aliud vitæ genus ostendunt. Fit autem canities, tūm à penuria succi ex quo pili generantur, tūm potissimum à cerebro frigido & sicco. Hinc qui Juvenes ejusmodi cerebri constitutione gaudent, canitie ante ætatem condecorantur, ut exempla hinc inde non pauca prostant.

## THES. XXX.

Properandum igitur ad Curam, & videndum in quantum & quomodo recentiti hi Senum affectus curari possint. Priusquam autem ad illam me accingam, venit mihi in mentem illud Epiphanius Ferdinandi Elogium: Duo nimirum esse ardua, *Gravidis & Infantibus mederi*. Cum autem Senes bis sint pueri, ideo etiam eò tenerius & cautiùs sunt tractandi, nec nulla quandoque iis, nec semper danda sunt Medicamenta, monente Excellent. Wedelio Theoremat. p. 135. Nam Morbi Senum sunt inobedientes, quare sanitatis tuendæ causâ senibus consulere vel præesse difficillimum esse censet, *Galen. l. 5. de tuend. sanit.* Quæritur igitur statim ab initio, an consultum sit Senibus secare venam? Resp. A priori non esse licitum; (1) *Quia Senes viribus debilioribus & citius fatiscentibus, sanguine pauciore Spirituum defectu, & temperamento frigido & sicco gaudent:* Jam autem communis Medicorum stat Sententia, in debilitate virium, in intemperie frigida & defectu Spirituum non convenire Vena Sectionem, *Vires enim pari cum vita passu ambulant*, teste Galeno l. 9. m. m. c. 13. (2) Autoritate Galeni, qui l. de curand. rat. per S. M. C. 6. & 13. exprefse excipit ætatem senilem. Unde apud Germanos nostros penè in parœmiam abiit: *Mann solle den alten Leuten lieber das Blut fauffen als brennen.* A posteriori vero an fit tendanda, V. S. ex sequentibus constat: Si nimirum congettudo, habitus corporis, sanguinis proportionata abundantia, symptomata urgentia, aliisque circumstantia id postulent.

tent. Nam Senectus viridis non tam annis, quam viribus & consuetudine mensurari potest & debet. Hinc & Celsus 1. z. c. 10. p. 82. dicit: *Non interesse, quæ Aetas sit, neq; quid in corpore minus geratur, sed quæ vires sint:* Unde in firme puero, robusto senec, & valente muliere gravida tutò venam secati posse inculcat. Addit tamen in his maximè imperitum Medicum falli posse, quia ferè minus roboris illis ætatibus supereft. Unde novi duos viros Senes, unum septagenarium fermè, qui , nisi quotannis ingruente vere sanguinem mitteret, impotentia motus & paralyſi partiali afficiebat. Alterum 75. annorum, cui nisi bis in anno, Vere nimirum, & Autumno, vena fecetur, Erysipelate utriusque cruris labo- rat. Similiter mihi innotuit foemina fermè octogenaria, cui, nisi quotannis vena aperiretur, Asthma non leve acce- disse, fuit obſervatum.

## THES. XXXI.

Quæritur m. an Transfusio sanguinis locum habeat, hæc enim ſenibus ex infuſione sanguinis floridi juvenilis in locum affecti, emarcidi extrahendi, virium quaſi redin- grationem promittit, ut videre eſt ex Orat. de Transfuf. Sangy. D. Kleinii, in Promot. Doctoral. habit. p. 12. Resp. Eſt fabula poëtica . Ovid. enim l. 7. Metam. f. 2. & Natal. Com. I. 6. Mytholog. fab. 7. rem narrant : Medeam nimirum Magi- carum artium Magifram Æſonem ejus patrem ſenio gra- vem veneficiis ſuis juventuti reſtituſſe, dum enſe ſenis ju- gulum recluderit & ſenili cruore venis educto, eadem alio novo ſangvine florido juvenili impleverit, à quibus cani co- lorem mutarunt, rugæ fugerunt, & tremulis genibus juve- nilis vigor rediit. Idem eſto judicium de ſuſtione ſanguiniſ ex corpore juvenili à Ficino ; & de Chirurgia infuſoria in ſenibus Apoplectiſ, à multis commendatiſ. Præter alias enim diſſicultates iſpis etiam tonsoribus notum, quod ſe- num fermenta ſint adulterata & jam corrupta, quæ laudabi-

Item quemcunquè succum sibi non assimilare, sed potius eundem corrumpere valeant.

## THES. XXXII.

Jam redeo in viam, & methodum in præcedentibus observatam repeto. Ubi primum se sifit Dentium decidentia. An autem senes edentuli juvenescere possint prorsus dubito: Dentes enim excidentes aut deficientes reparare, Opus solius Naturæ est, multumquæ calidi & humidi postulat, quod à Medico non sperandum, cum principia vitalia nullâ Arte sint comparabilia. Quamdiu itaque dentium novorum primordia & quasi semina inter gingivas restitant recondita, novi dentes post priorum defectum renasci facile possunt: Quid autem in senili ætate non sperandum, cum in hac dentes mortui vel minus vitales non jungantur amplius gingivæ, sed ab hac separati excidant vid. Helm. Alim. Taratar. inf. 8. 25. Quidam igitur ad defectus illos Naturæ imitando dentes artificiales in deciduorum locum substituunt, pro loquelæ saltem gratia, non autem pro melioris masticationis beneficio. Exempla a Schenck. p. 202. ex Panarollo, 1. i. c. de dentib. & Riverio in Obs. Comm. p. 357. 685. Borello, 1. i. obs. 10. p. 18. adducta, sunt nugæ nugarum; quosdam nimirum edentulos dentes sanorum ex homine recenter evulsos & in suos vel alienos alveolos denuò inseruisse, qui postea tam firmiter cum gingiva coaluerint, ut jurares, illis nunquam dentes defuisse, cum & masticatio fortissima per illos peragi potuerit. Succurrendum igitur in tantum, quantum possumus, Gingivarum laxitati & putredini, ut dentes vacillantes saltim aliquo modo confirmari possint. Medentur autem illis decocta chalybeata & vulneraria, ▽ ad gingiv. sat. Mucilag. Sem. Alth. c. Ros. vel aquileg. ex-irat. & rotat. man. Christ. edulcorat. Decoct. rut. in vin. quo calidissimo os eluatur, Salv. & rosmarin. in ▽ decoct. cum paucō addit. alum. Gargarism. de Tormentill. Mysicht. p. 403. Decoct.

Decoct. ad gingiv. roborand. Poterii in Pharmac. p. 313. Tinctur.  
 ex Gum. Lacc. Myrrh. elec. catech. alum. usf. lap. medica-  
 mental. Croll. cum aquileg. & Cochl. extract. & parat. vel  
 Unguent. expulv. rad. bistort. tormentill. fl. balauſt. alum. usf. pa-  
 rat. c. f. q. mel. roſat. vel cochlear. largiter imprægnat.  
 Sic Excellentiss. D.D. Wolffius P. P. Jenens. & S. R. I. Nat. Cu-  
 rios. Adjunct. celeberrimus, Præceptor olim, jam Patronus  
 meus Parentis vice summā observantia colendus & hono-  
 randus, suam Tinct. Et Orem tam interne quam externe  
 mihi commendavit, quæ ut in aliis affectibus quam pluri-  
 mis, sic & in laxitate gingivarum salutares & penè divinos  
 suppeditat effectus.

## THES. XXXIII.

Ita etiam impossibile est, Arte pro more reparare vel  
 restaurare integrum ventriculi coctionem, nam & hoc opus  
 Naturæ & vis fermenti stomachalis est; Juxta Helmont.  
 enim Coctio est dos Naturæ vitalis nulla arte imitabilis: Ideo  
 in digestione saltim adjuvamus Naturam. Prospiciendum  
 igitur, ut fermentum quo ad fieri potest (nam fermentorum  
 magna est vis & non possunt facile hæc ad lubitum Medicis  
 tractari) calor ac tonus ventriculi conserventur atquè ange-  
 antur, quod efficere videntur stomachica & diuscula, sive  
 blandè subadstringentia, aut aromatica.

## THES. XXXIV.

Curatio Appetitus lœsi consistit in his, ut removean-  
 tur illius causæ proximæ. Deinde in quantum possibile  
 corrigatur & restituatur fermentum stomachale digesti-  
 vum; dico quantum possibile: Per artem enim ut jam ante  
 dixi, restituere fermentum impossibile, cum Naturæ sit sin-  
 gulare opus. Ea autem quæ causas antecedentes removent,  
 sunt evacuantia stomachum, & mucus copiosorem, activi-  
 tatem fermenti obruentem. Inter evacuantia itaque pri-  
 mum locum obtinent vomitoria. An vero in Senibus lo-

cum

Cum habeant, non promptè assererem, cum heroica sint Medicamenta, non quibusvis opponenda, & consensu omnium Medicorum in debilitate virium, à resolutione ortā, minimè danda. Silentii peplo jam obvolvam, Pectoris, Capitis & Oculorum Affectus Senibus familiarissimos, in quibus vomitoria cane pejus & angve fugienda. Hinc satius est per *enfusam* & quidem lenientibus educere humores. Nam & ipsa Purgantia draftica Senibus non convenient, vid. *Bruno Remor.* purg. Ex. 2. Quia Senes vel excrementitiis, acribusque & serofis humoribus abundant, hinc facile exfolvantur, & absunto, quod restat, roscido humido, citius ad tumulum promoventur; vel si senes sunt siccioris Naturæ, & Alvum purgantia omnia sunt calida, haec magis magisque exsiccant. Ad lenientia igitur revertendum, quæ ex alvo humores derivant, cruditates corrigunt, & in multis stomachi affectibus profundunt. Dari autem talia commodè possunt cum cibo, videlicet quævis Pillulae Laxativæ, ut *Aloeticæ*, imprimis haec pro sero educendo pollent, siccioribus enim nocent: Quod & de *Anglicanis*, *Glassianis*, *Francofurtensis* &c. notari pariter meretur. Posthæc Electuaria Lenitiva, ut *Burrhianum de Prunis*: &c. huc referri possunt. Sic ante cibum Decocta & Infusa plura lenientia locum invenient ex tamarind. passul. maj. fol. Senn. parat. it. Sirupilaxativi, de ros. foliis. De Cichor. c. Rhabarb. &c. Sic vinum Hippocratic. pro Senibus præscripsit *Etmüller*. in præscript. formul. 4. §. 6. Quæ Appetitum alioquin renovant & in specie ad hunc scopum per experientiam cognita, à me paulò ante indicata fuerunt, sunt autem (1) blanda + da  $\triangle$  Stomacho utilissima, ut *Ess. Stomachal. Mynsicht. \Theta polyobrest. Wedel. \Theta \triangle Succin. \Theta Essential. \square Crem. \square \square. I. \nabla Mastichin. \square \square. \Theta. dulc.* Laudem merentur (2) Aromaticæ & in genere omnia nervina, sapore subacri, odore aromatico prædicta &  $\Theta$   $\triangle$  ai. abundantia: Haec inter excellunt, *Mentha crispa*, *Acorus ve-*

745

*rus, Zingiber, Zedoar, in India condit. rad. Ari* (Absynthium senibus non dandum, quia *Galenius* in Experiment. observavit, illud ansam dare Apoplexiæ) it. quævis Elixiria. Stomachica ex similibus & + diu sculo - Abus aut & tialibus simul confecta, it. *Ess. Pan. c. vin. malvatic.* Quæ & descripta à *Tiamo*. (3) Actu calida: Nam in Senibus semper ratio est habenda caloris, qui in his maximè debilis est, ex quo sensim appetitus moritur, unde Aer, vestimenta, cibi & Potus calidi ipsi maximè commendandī.

## THES. XXXV.

In fame Canina Senum convenient (1.) ea, quæ temperant acrimoniam fermenti stomachalis, ut sunt absorbentia quævis, de quibus vid. Barbette p. 120. it. Θ alcalia dicta tam Aia quam fixa, it. pingvia mucilaginosa, aut his similia. (2.) Quæ evacuant succos vitiosos, prius correctos à præmissis vel mixtis absorbentibus vel præcipitantibus. Huc faciunt Pillul. à Foresto l. 3. l. 18. obl. 5. p. 138. descript.

## THES. XXXVI.

Cruditates corrigunt vel blandè evacuantia, vel alterantia & corroborantia, ut *Elix. Propriet. Vulg.* ritè parat. *Ess. Stomachal. Ettmüller. it. Michaël. Pulv. absorb. Wedel. Zingib. crud. & condit. it. Ejusd. Extract. l. Essent. it. liquor. Θno-Oleojo-ales vel aromatici*, modernis Chymicis non ignoti.

## THES. XXXVII.

Alvus pigrior admonenda lenientibus & laxativis. Laudem hic merentur Enemata, quæ optimè tollunt constipationes, & flatus discutiunt. Sic & alvus linimento ad illi nendum umbilicum potest emolliri ex Oleis, ut amygd. dulc. recent. pingued. anser. ungvent. diauth. Colocynth. Species. hier. simpl. diacryd. &c. parat. Solet etiam c. fructu *Ess. T. c. V. ale cohäsat.* & in leni calore adjustam consistentiam redacta ad gtt. X.LXV. in haustu vini singulis diebus propinari. Quos pillu-

E

pillularis forma delectat, possunt *aloēn rosatam* ante cœnam fumere, quæ optime primas vias evacuat, & viscera roborat sine noxa. &c. &c. Laxior verò Alvis non nimis adstringenda, sed solum confortantibus sistenda, ut  $\triangleright$  *Cinnam.* *simpl.* *l.* *cycloniat.* *Eff.* *theriacal.* *Eff.* *l.* *Extr.* *Zedoar.* *Hausf.* *vin.* *Hispanic.* in quo parum *Theriac.* solutum est: possunt & linimenta stomachalia corroborantia, it. sacculi ex h. stomachalibus præparari & ventriculi regioni applicari.

## THES. XXXVIII.

*Urine suppressio* diureticis exuscitanda, ut sunt *Emuls.* *viol.* vid. *Crat.* in *Epist.* *Eff.* *fuligin.* cum  $\square$  \* *præpt.*  $\square$  *ebul.* *sambuc.*  $\square$  *simpl.* & *composit.* &c. Si à calculo Ifchuria proveniat, singularem curam postulat, quam vid. apud *Practic.* Si oritur a partibus musculosis, fibrosis, nervosis relaxatis vel spasmodicè tensis, occurrendum nervinis, robortibus, demulcentibus internis & externis. Urinæ incontinentiam ab *Henric.* ab *Heer.* curat. vid. in *Ejus Obs.* 14. p. 192. In stranguria convenit  $\square$   $\square$  *friat.*  $\triangleright$  *contra ardor.*  $\square$  *Mynsicht.* *Decoll.* *bismalv.* &c. Sic ex *adspectu* solo fl. *Card.* *laet.* *l.* *Marie* stranguriam cedere refert *Plater.* de *vit.* p. 855. Huc etiam referendæ frictiones, quæ serum acre disipant, derivando illud ad alia remota corporis loca.

## THES. XXXIX.

*Mensum Retentio* nec potest, nec debet in vetulis medicamentis aperiri, cum D E U S & Natura sic ordinaverint. Vena igitur iis potius secunda, quæ ex hac causa laborant, aliaque remedia ad morbos & symptomata ab illa provenientia, adhibenda.

## THES. XL.

Rariùs quidem Medicus circa Venereum impetum consilium, si tamen accidat, *seminis* *turgescencia* compescenda refrigerantibus & alterantibus. Qualia sunt saturn. ut *Saccharum* *Eni* per evaporationem paratum &c. it. *Theta* & *Thes.* it.

it. Terrea,  $\nabla$ ea, &c. pro Specificis laudantur vitex, folia rata, absynthii, salicis, semen Cannabis, & inde parata Emulsio Cannabina Mysicht, uti & Mentha, unde proverbium: *Mentham bellum tempore non serito. Semina 4. frigida. Endivia, Nymphaea, Portulaca, & inde paratæ  $\nabla$ æ, Emulsiones & similia. Sic Venus in lactuca suum sepelivit Adonim.* &c. Ad coitus desiderium extingvendum Francisc. Hildesheim Specill. de Mania p. 151. jubet inungere membra genitalia, Renes & peccinem  $\nabla$  in qua Opium thebaicum sit dissolutum. Ni verò Medicamenta profint, iterandum Matrimonium, quia melius est nubere quam urâ.

## THES. XLI.

Ut Chylosis, ita nec SANGVIFICATIO facile corrigi penitus potest, cum calidum nostrum nativum nullâ arte reparari posfit. Succurrendum tamen & Huic in quantum possumus; cruditates nimirum & impedimenta removendo, aromatibus  $\Delta$ bis  $\Theta$ nis alterando &  $\Delta$ -sis calidis reficendo.

## THES. XLII.

PALPITATIO & TREMOR CORDIS si à vîtio sanguinis suam ducit originem, illis medentur optimè absorventia & præcipitantia, quibus opiate quandoq; juncta non minus utilia observantur; hinc pulv. absorb. Wedel, in Opiolog. descript. magni est usus. Interdum & Incidentia & aperientia paregorica & physagoga videntur necessaria, si tenax, mucosus & rodens sangvis, ac serum vel lymphâ acris malis illis anfam præbeat. Quod si Palpitatio & Tremor cordis ab absuntis viribus proveniant, optimè curantur  $\Delta$ -sis,  $\Theta$ nis, vel  $\Theta$ -no-Oleosis  $\Delta$ bis & analepticis, quia  $\Delta$ -sa robur vitale augent,  $\Delta$ -uumq; defectum egregiè restituunt, ut sunt  $\Delta$  meliss.  $\nabla$  fl. Citr.  $\nabla$  & Ol. Cinnam.  $\nabla$  Cord. Herc. Sax. imprimis c.  $\Delta$  Cord. Cerv. imprægnat. Confect. Alkerm. Eff. Ambr. Tinct. Corall. c.  $\Delta$  Cord. Cerv. associat. Eff. L. Aloes. Syrup. fl. tunis. Cinnam. barragin. &c.

## THES. XLIII.

Acrimoniam seri corrigunt vel Incrastantia, ut Emulsiones ex Amydal. dulc. & seminibus noris, glycirrhiza, althea, & Gumm. Tragacanth. Thus, Mastich, benzoe &c. Vel Absorbentia & Præcipitania; Verbo Terrest. quævis & Jlia.

## THES. XLIV.

CATARRHI si à sedine & acrimonia seri contingunt, sunt temperandi: Si à nimia seri quantitate, aut fluiditate proveniunt, profundit Sirup. de ros. sic. conserv. ros. rad. enul. irid. fl. Squillitic. & Succinata, it. Pillul. de Cynogloss. a. Styrac. Aliis omnibus verò Pillul. Catarrhales palmam præripiunt quas ex scriniis B. Loneri Archiatr. feliciss. Elect. Saxon. ceu arcanium posseido. Recip. nimir. MP, de Succin. impragmetur s. qm Extract. Ladan. cui addatur □ A succin. gr. pro i. dos. Laud. opiad. gj. & postea acuanuntur unol. altero gr. Resin. Gialap. & Scammon. Efficaciam harum pillular. ipfemet quivis experietur in omnibus affectibus catarrhalibus, tam præservativè, quam curativè expertissimam. Si Catarrhi obstruzione quāpiam molestiam inferant Senibus, incidentibus & aperientibus instituenda est curatio. Utramque autem paginam absolvunt Bechica & pectoralia tenuium partium vel penetrantia, ut Decot. ex Hyssop. & aliis pectoralib. Sirup. de Scyll. &c. Si obstructi sunt nares, errhina profundit, imprim. ▽ Majoran. c. Oli. alb. & Elater, in pauc. dos. mixt. magnæ est efficacia, liquat enim & educit pituitam viscidam circa sterutationem.

## THES. XLV.

Quæ Medicamenta in Catarrho, eadem & in TUSSI convenient, ut sunt quævis pectoralia incidentia, resolventia & irritationem fistentia, ut pulveres pectorales. Sirup. Loch. ▽ lob. san. & expert. c. sirup. pectoralib. & ferment. narco-associat. Pillul. Sylv. de Syrac. descript. prax. l. 1. c. 20. Succ. Glycyrrh.

Glycyrrh. Elixir. pectoral. Michael. Wedel. Ex lupulo divinum  
tusculosis Senibus auxilium promittit Sim. Paul. p. 380.

## THES. XLVI.

DIFFICILIS RESPIRATIO curatur sudoris eris Abus,  
expectorantibus, thoracis calidis aromaticis, -sis & san-  
gvinis motum restaurantibus, ut sunt Marrub. Hyssop. fennic.  
anis. Gumm. &c. Sperm. Cet. fl. ♀ ex ♀ parata quevis. Croc.  
oriental. myrrh. fl. benz. Elix. pneumonic. &c. Ex -num de-  
fæctu ora, curanda cephalicis & nervinis. Exsiccata ve-  
ro offæquè facta cartilaginiæ non emendari Artis operâ  
possunt, quamvis & inunctiones solari forte aliquantulum  
& promptiore reddere pectoris motum possint, quæ pro-  
lubit parandæ sunt ex ung. vent. alth. Ol. castor. anis. bals. ♀  
succinat. &c.

## THES. XLVII.

In Asthmate imprimis pituitam viscidam incidentia  
prosunt. Quamvis aliàs nihil æque paroxysmos asthmati-  
cos humidos cures, quam vomitoria, omnibus attestantibus:  
Practicis, quæ tamen in Senibus non tutò usurpantur. Hinc  
confugiendum solummodo ad resolventia & incidentia, v. g.  
Gumm. &c. in vin. vel + to solut. - asthmatic. Michaël. ▽ hyssop.  
Sirup. nicot. it. Erys decoct. c. - anisat. Loob ad asth-  
matis. Sperm. Cet. ad 3j. in vehicul. calid. ▽ Asthmatic. Impes-  
rator. Rudolph. Sirup. de Helen. Mixtur. Asthmatic. Brunner.  
Consil. 34. descript. &c. &c. Si ab ebullitione aut plethora  
sanguinis proveniant mala illa pectoris, & consuetudo, vel  
vires sive corporis conditio annuat, vena fecunda est vid.  
Thef. 30. In Asthmate sicco convulsivo convenient Ante-  
pileptica & Nervina, hinc & Helmontius dicit: Id quod Epile-  
pticum adulturn sanat, sanat etiam talēm Asthmaticum: θ A  
Succin. □ e. Lig. CC. succinat. - & θ A Sang. human. quo  
desperatum Asthmaticum curatum novit, Boyle in Physic.  
Experimental. Quibus subinde nonnihil etiam de

*Laud. opiat.* addendum, quod in talibus morbis convulsivis nulli cedit remedio : Inveteratum verò Asthma rarò curatur. In catarro suffocativo secari pro necessitate potest vena, & ad sudorifera confugienda, aliaquè pro resuscitatione adhibenda, quæ stagnantem circa Cor & Pulmones sanguinem & lympham revolvunt & ad motum revocant.

## THES. XLVIII.

Malus corporis Habitus ex imbecillitate ortus, reficiētibus, analepticis &c. sis, humectantibus, roscidis &c. quantum fieri potest refocillandus & sanguis viscidus corrigendus. Serosus imminuendus, viscera eorumque fermenta roboranda calor & vigorandi serum ubique stagnans motui restituendum, corrigendum, educendum. Morbi autem conformatiōnis reliquis magis sunt incurabiles, quia notant majorem impresionem corporis factam. *M. Antonius Pius* proceræ admodum staturæ fuit, cum senuisset, tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, ut rectius incederet. Interim balnea emollientia, humectanda, nervina, vel quæ alia indicantia poscere videntur, admitti possunt. Sunt & usū linimenta congrua, quæ post balnea adhiberi pariter queunt.

## THES. XLIX.

Scabies & Pruritus ægræ curantur in senibus vid. *Avis cenn.* l. 4. Can. fen. 7. tract. 3. 6. & lib. 4. fen. 4. tract. 3. c. 2. ob coctionem debilem & serum excrementitium : Tentandum tamen aliquid & in hoc affectu. Impurior itaque sanguis corrigendus lenientibus, sudoriferis, diureticis & alterantibus, & si necesitas postulet, sanguinis missione vel per sacrificeationem. Sic profundunt Pillul. de fumar. v. & dulc. Tinctur. & Conserv. & Sirup. de fumar. Eff. fumar. Eff. L. compo sit. In pruritu externe conducunt abftergentia & eluentia: Unguent. refriger. Galen. popul. succ. fol. ranuncul. tenuifol. mens. maj. express. & illit. Unguent. Timai cas. med. p. 277. de script.

Script. *Pingued. can.* vid. *Brun.* de pingued. §. 43. *Balnea itidem ex abſynthio, nicotian. fol. pyrol. radicib. lapath. myrrh.* ♀. & *scoriis ferri ignitis parata in uſum admitti poſſunt.* Nec veſicatoria ſunt de nihil, vid. *Opiolog. Wedel.* De pruritu partium genitalium, vid. *Francisc. Hildesheim. Specill. 2. de Man. p. 152.*

## THES. L.

Oeconomiam Animalem, Caput & Memoriam confor-  
tant quevis cephalica, v. g. *Conſerv. fl. betonic. anth. ſalv. lae-  
vend. Nuc. Indic. & Myrrific. condit. Spec. diamb. diamoſch. Conſec-  
fect. Alkerm. &c. lil. convall. ceras. nigr. Eff. Aloes.* Maſtica-  
torium *Laurenbergeri* multum m. prodeſt in cerebro humidō  
corrigendo. Cucuph. corroborant. bals. apoplectic. &c.

## THES. LI.

Curatio VERTIGINIS dubiæ ſpeſt in Senibus, quia  
cerebrum debile habent, & ſi diu durat, Apoplexiā indu-  
cit. Removenda igitur materia in primis viis latitans. Pil-  
lulæ Catarrhales in theſ. 44. deſcript. & cum ſpecific. cephalic.  
*Extract. aloe-paeon. affociar.* magni ſunt uſus. Postea de al-  
terantibus & conforfantibus, tūm Capiti, tūm ventriculo  
proſpiciendum. Ex appropriatis alioquin laudatur ſtercus  
pavonum & Θ & ejusdem. Extract. Scorzoner. Radic. Doronic.  
Δ paeon. Epileptic. Lang. Tinct. fl. Paeon. & lil. convall. Elix. ce-  
phalic. Michael. Wedel. & vitriol. cephalic. ex Heurn. obſr. refor-  
mat. & cubebar. cinnab. pulv. contra vertigin. Grüling. Evpo-  
rifſton eft, quod Quercetan. Pharmac. dogm. reft. c. 20. habet.  
Externe proſunt Bals. apopleft. it. & lil. convall. c. pauc. & c. \*c.  
&c. mixt. & bregmat. medullæque spinal. illit. Si ex ven-  
triculo jejuno oritur vertigo, conuenit Zingiber in Ind. condit.  
vel bucell. panis vino malvatic. intincta. Inſuper juvant & fri-  
ctiones, & maximè tam Animi quam corporis quies.

## THES. LII.

VIGILIÆ ſerum humectantibus, & Oleoſo aromati-

co pollutibus, roscidis, glutinosis particulis prægnantibus & ruficentibus sopiaendæ, quia siccitate & defectu vel acrimoniam melancholicorum humorum laborant. Hinc *Simon Paul.* in Quadripart. Botanic. p. 71. & 145. dicit: Frustra esse qui Senibus pro somno præbent Opiata. Non quidem penitus excludenda ista, sed cautè adhibenda. Opiata enim non agunt, sed operantur, nisi serum sit proportionatum in Corpore. Qui ergo illis intempestivè in Senibus curandis utitur, facile Apoplexiæ anam dare potest, quia obstruunt poros, & maxime figunt. Sic Excell. *Wedel.* in vitr. A *Paracels.* vel in vitr. *cephalic.* miscet cum anodyn. vid. Opilog. p. 38. 87. & 148. Huc pertinent & vina quævis, *Spec. di ambr. diamosc. Conserv. anth. meliss.* De Emulsion. humectant. vid. *Henr. ab Heer.* obs. p. 75.

## THES. LIII.

Oculus, quia sensu gaudet delicatissimo, non facilè patitur lusum, aut intempestivum Medicamentorum præferunt fortium usum. Hinc ab eodem acria abesse debent, it. Oleosa, à quibus tunica Cornea incrassescit, aut obscura redditur. Cœterum si Spirituum defectus æquè in oculorum ac aliarum partium functionibus ægrè corrigendus observetur, præstat (confortantiæ si excipiam) nullum, quam ullum anceps remedium adhibere. Sic observavi in 5. Personis, non adeò Senibus, à venæ frontalis sectione cœcitatem inductam esse. Commandantur autem alioquin in genere interna assumta, quæ particulis Æbus penetrantibus abundant, quales sunt *rad. valerian. sem. fennic. L. Sassafr. Enphrag. sem. siler. montan. L. aloës. Ambr. Mscb.* ▽ *fennic. sacharat. Sir. de betonic. &c.* Externè juvent quæ itidem tenuibus particulis aliquo modo activa sunt, ut ▽ *Enphrag. Chelidō. maj. it. Halitus ex masticatione sem. fennic. anis.* in oculi immissi; ▽ *fennic. c. parte Vitri. cypr. infus.* abluit oculos; *D. Sala in A. H. V. S. O. 19. Pingued. vigr. & serpent. rec. calefact. &c.* penna ad gtt. ij oculis

oculis instillat. Leniter etiam purgantia hic locum inveniunt, quando potissimum affectus oculorum ab excrementis serosis contingunt, ex. gr. *Mp. de Succin. Craton. Sir. ros. sol.* Suffusio si adhuc in principio, tollitur  $\ominus$  *A succin. in*  
*✓ rut. liquefa&t. D. Wedelinus commendat fel viperinum & Scul-*  
*terus fel lucii pisces.* Consummatum Spir. v. c. petiis duplicatis oculis imposito sublatam refert *Tineus.* Cetera curationis spes in Acu Chirurgica sita est, de quo vid. *Weper.* aliosq;  
 Chirurg. Multum etiam auxilii praestant in oculorum affectibus *Forticuli, seraca & vesicatoria.* De speciorum usu in  
 juvando visu: vid. *Camerar. Memorabil. c. 2. §. 58. & seq. c. 7.*  
*§. 28. Forst. l. 2. Schol. ad O. 37. Borell. c. 3. O. 99. Comiers in*  
*Zodiac. Med. Gall. A. 3. M. Octobr. §. 9. & M. Novembris*  
*§. 2.*

## THES. LIV.

AUDITUS vitia optimè curantur per cephalica, nam in omnibus Oculorum & Aurium affectibus semper ad Caput respiciendum. Si igitur difficultas Auditus à dyscrasia & penuria sanguinem oritur,  $\omega$ sa interna, ipsiusq; indita auribus, subveniunt, qualia sunt  $\nabla$  *formic.* *l. Magnanimit.* *Ole-*  
*fibrin.* *trifol.* *amygd.* *amar.* *nucl.* *persic.* *anis.* *caro.* &c. c.  $\nabla$  *Apo-*  
*plect.* mixt. in cavitatem aurium c. *gossyp.* instillat. *Mosch.* ob  
 vim roborandi variam multum etiam hic praestat. Profund & *sacculi* ex carminativis parati. Si simul quædam aëris acustici aut impuritas adsit, tympanique & nervi auditorii relaxatio aut humectatio nimia accedat, jungi supra recensitis possunt, discutientia, exsiccantia nervos, & roborantia, serum superfluum eduentia, ut *rosmarin.* *origan.* *majoran.* *Ma-*  
*sticator.* *ex rad.* *pyrethr.* *mafieb.* &c. it. *saccul.* *ex fl.* *anth.* *ser-*  
*pill.* *thym.* *origan.* *chamom.* suffusus *ex farin.* *fabar.* a *Wedel.* laudat. &c. Sic præter alios quempiam Magni nominis virum desperata Auditus gravitatem laborantem solis pillul. catarthalib. suprà descript. restitui.

F

THES.

## THES. LV.

**PARALYTICI** nullo remedio melius possunt curari quam infusis cephalicis, sed non paranda cum vino, alias nervos feriunt. Conducunt autem hic poros nervorum aperientia, fibras nerveas roborantia, calorem augentia & restaurantia, suscitantia, relaxationes amolientia, nimiamque serositatem acrem discutientia & absumentia, ut sunt *Cætorina, Cinab. & lil. convall. c. & \* vinos. maritat. ▽ an-*  
*hæltin. & cubebar. fl. paralyf. Pillul. de Hermodactyl. de Asafoetid.* In paralyfi lingvæ convenientiū Confert. *Ana cardin. & Theriac.* Externè potest instituti inunctio ex bus nervinis, ut *CC. lumbric. volat. formis. \*c. magnanimit. &c. vel ex Unguent.* *nervin. Angustian. & Oleis piper. rorismarin. Q. salv. lani. succin.* *juniper. mixt. &c.* Manus paralyticæ in recens mactati bovis vel canis aliorumque animalium vulnus inditæ magnum accipiunt solamen. Qui siccioris sunt naturæ possunt sibi balnea vel naturalia vel artificialia ex nervinis parare, debent autem in institui ventriculo vacuo, quia insigniter humectant. Minus autem commoda sunt abundante sero & quidem excrementitio, in *Coryza, Catarrho, Cachexia, Cocochymia &c.*

## THES. LVI.

Eadem m. methodo procedendum in Apoplexia quæ quidem & speciale pro conditione ægrorum requirit prudenter. In genere igitur nervi ceu porta spirituum aperiendi, spirituum torpor & defœctus tollendus, sanguinis & lymphæ lento auferenda; In Paroxysmo imprimis danda opera, ut facultas animalis exuscitetur, vel per praesidia chirurgica, ut sunt frictiones & moderate corporis concussions, Cucurbitula secca hinc inde corporis partibus applicata, vel levigationes crinum & ipsa V. S. &c. vel per interna Medicamenta. Sic per vomitum sepius curatur Apoplexia. Profund porrò hic imprimis *Cephalica & vervina* in præcedenti thesi nominata, &

& spec. contra Apoplexiā Augustan. verbo: Sp.  $\Delta$  ea volat. Ol.  
 $\square$  sa, attenuantia, penetrantia, suscitantia &c. Impotentia  
 Lingvæ tollitur optimè V. S. sub lingvā instituta. Tremori  
 convenientiū nervina cephalica & antispasmodica, Sp. anima-  
 les roborantia. Borellus svaderet in tremore capitū senili  
 fimi pavonis cum  $\nabla$  vit. temperat. usum, & Decker. fl. Hyperie.  
 Georundem Tinct. Schenckius verò Ol. Cinnam. Possunt &  
 parari infessus ex nervinis, ut castor, lumbrie, formic. salv. beto-  
 nic. lit. convall. lavendul. roreraurin. &c. vid. Hoffmann. in  
 clav. Schröder. Senibus ad præservationem Apoplexiæ  
 sunt utilissima succinnata, ut Eff. Succin. Sp. CC. succinat. in  
 $\nabla$  lavend. sumpt. Pillul. catarrhal. de succin.  $\Theta$  volat. Oleosum  
 Sylv. Sem. Sinap. & Eru. potest & dorsum cum Sp.  $\square$  & Ol.  
 juniper. nares verò & bregma cum Ol. rut. bals. Apoplect.  $\Theta$   
 volat, oleoso Apoplectis. inungit.

## THES. LVII.

Ne Partus autem hic mancus vel mutulus videatur, jux-  
 ta methodum confvetam, Diætam etiam brevibus anne-  
 Etam, que est nihil aliud, quam legitima VI. Rerum Nonnatu-  
 ralium observatio. Res Non-Naturales definit cum Oratore  
 Medicus, quod sint res, quæ vel prodeſſe vel obdeſſe possunt,  
 licet ipſæ in ſe quoquè naturales ſint, dicuntur enim ſic re-  
 ſpectivè, intuitu rerum naturalium conſtituentium, & p. n.  
 deſtruentium inter quæ ſunt media, & corpus jam conſtitu-  
 tum conſervant vid. Cic. in Offic. l. 2. Wedel. Physiolog. S. 2.  
 c. 10. Jonſton. Id. Med. Pract. lib. 1. Tit. 1. p. 4. Imprimis  
 autem diæta legitima Senibus conuenit. Diæta enim inquit  
 Fabricius ap. Sim. Paul. Q. B. p. 248, *Senectutem alit, non mut-*  
*ta Medicamenta.* Hinc Senex gravis ſeveræquè disciplinæ  
 diæteticæ imitator ſibi valetudinem quaſi obſtringit benefi-  
 ciariam, & à vivendi bona ratione impetrat facilius ſenium,  
 ut adagium Hispánicum indicat:

F 2

Si

Si quieres vivir sano  
Harte viejo temprano.

Abeant igitur Paracelsus & Helmontius, Diætæ contemptores & Heluones voracissimi, & mecum habitet Verulamius, qui de se lib. 3, cap. 1. Hist. Nat. sic scribit: *Natus eram parente non sene solum, sed multis infirmitatibus & nimio Medicamentorum usu confracto. Hinc à vita mea initio habebam corpus adeo debile, ut Medicis ad unum omnes determinatè affererent, fieri naturaliter non posse, ut annum 14. attingerem: Sed tamen Diætae accuratori usu, & fugi studiosâ eorum, que mihi experiebar noxia, prolongavi ad annos 60, & non absq; spe bono cum DEO ulterius eam prodigiam.*

### THES. LVIII.

Inter Res igitur Non-Naturales primum tenet locum AER, qui maximam corpori senili inferre potest mutationem & alterationem, quatenus vel ambit exterius corpus, vel inspirando ore attrahitur. Hinc purus, temperatus, nec nimis crassus, frigidus, sive fœtidus aut pinguis, aliiq; noxiis vaporibus fit corruptus aut conspurcatus, qui si talis non sit naturâ, arte & mediis convenientibus est parandus & corrigendus, stratis nimirum in hypocaustis fl. Salv. Lavidul. Rorismar. Majoran. Thym. Serpil. &c. nec non fumo ex Succin. Thur. Styrao. calamit. benz. Gumm. Juniper. Tasmahas, aliisque ex his compositis accensis. Plinius l. 5. Ep. 6. sic describit aërem Senum: *Semper aër sic calidior (unde Apricî Senes abierunt in Proverbium) & aliquo moveatur Spiritu, ita tamen, ut aurâ frequentius habeat, quam ventos. Talis sisit, multos videoas Senes, Aves, Proavosq; jam juvenum audias fabulas veteres, sermonesq; majorum, cum veneris illo, putes alio te seculo natum. Estate autem & autumno calido, Senes optimè degunt, vid. Hippocr. Aph. 3. & 5. f. 5. & Idem Aph. 13. f. 3. dicit. Si byems austrina & valde pluvia erit, ver vero plus justo siccum, vel aquilonium. Senib; defluxiones orientar brevi interficiens.*  
Senes

Senes igitur tempestate frigidâ, pluviosâ, domi & intra domum, atque etiam intra cubiculi limen se contineant, contra Aeris injurias vestibus benè muniti, imprimis regionem cordis & ventriculi.

## THES. LIX.

Sic & in ALIMENTIS Senes caute se gerant. Eorum mensa sit frugalis in concoctu facillimis, atque optimis & evachymis cibis, humiditate quâdam conjunctis; his enim non modo vires reparantur, sed & obstrunctiones alvinae præveniuntur: Qualia sunt juscule caponum, pulli galinacci, tarda, alauda, lepori, iugalli, perdices, caro vitellina, agnina, ova recentia sorbita. Ovum tale tantum sanguinis generare, quantum pondaverat, dixit Avicenna & Hippocr. l. 2. de vict. rat. Ova gallinarum validum quid & nutriendi & inflans habent. Validum quidem, quoniam animalis generationem continent. Nutriendi vero, quod in pullo lactis rationem habeat. Inflans autem, quia ex parva mole in multam diffundantur. Panis sit purus, fermentatus benè & excoctus: Præterea copiosè noningerant alimenta, sed repetitis vicibus, mane immirum & subvesperam præter prandia conferta aliquid salubrium, molliumque ciborum degustent, verbo, comedant, quando esfuriunt. Hipp. 1. Aph. 13. non autem copiosius, quam digerere valent, alias calor ipsorum exiguis imbecillis & impar facile extinguitur, obruitur & suffocatur, Hippocr. l. 14. de vict. rat. Non vivere hinc illos oportet ut edant, sed edere ut vivant. Sic cibus, si sunt edentuli, benè cultro incidatur, vel alio modo commiuatur. Condiantur & cibi cinnamomo, mace, zingiber, pipere, roremarino, salivâ, Majoranâ, cardamomo &c. Non inutilia etiam senibus sunt juscula ex herbis, radicibus, floribusque recentibus contra causas incusatas directis, aromaticis alterata ob saporis gratiam, facilemque digestionem, virtutem tam alimentosam, quam medicamentosam variam, humectantem, temperantem, calorem augentem &c. vid.

Sebz. Tr. de Alim. Ad Humidi nativi defectum optimè  
 conducit vini, vel per se, vel cum plantis cephalicis infusi,  
 moderatus usus, obegregias, quas possidet, humectandi,  
 calorem fuscitandi, & vigorandi, aliasquæ plures virtutes.  
 Hinc vinum dicitur Lac senum, cum substantialiter hume-  
 tet, qualitatè vero exsiccat. Vinum scribit *Plat.* l. 2. de  
 leg. *DELLS hominibus quasi auxiliare adversus senectutis aufer-  
 tatem pharmacum largitus est, ut rejuvenescere videamur, & ma-  
 stitia nos capiat oblivio.* Non nimis vero sit generosum, vel  
 non adeo calidum & siccans; habent quidem senes multum  
 humidi, sed excrementii: Nec sit nimis crassum, acidum  
 & vetustum. In Cerevisia est succus alimentosùs dulcis &  
 refectionis, qui ab hordeo dependet & partem sanguinis  
 balsamicam restaurat. Eligenda autem est talis, quæ bene  
 est defæcata, nec nimis calida & generosa, nec nimis tenuis,  
 sed media & temperata, quæ bonum succum alimentosum  
 dulcem habet. Generosa enim nimis exsiccat, tenuior vero  
 cruditates inducit. Hinc senes nostrates Hallenses, Wett-  
 nenses &c. à cerevisia *Wettinensi* (Reuterling dicta) longè  
 melius degunt, ut potè potu temperato & subdulci, quam à  
 generosiori & amaricante. Licet Adversarii quidam ex lu-  
 cri potius, quam sanæ mentis ratione, hanc cerevisiam ceu  
 frigidum potum, non solùm senibus, sed & aliis hominibus  
 dissimilantur, cum tamén omnibus omnino hominibus, qualis-  
 cunque sint constitutionis & aetatis, ut ex longa annorum ex-  
 perientia cognovi ob aquæ aperientis bonitatem, (quæ hu-  
 mores acrés per alvum & urinam copiosè educit) legitimam  
 suam fermentationem & defæcationem, succum suum ali-  
 mentosum *γλυκὺ* sit saluberrima, ut in *Zythevia mea Reu-  
 terlingiana* cum Deo & die clarius & accuratius demonstrabo.  
 Verbo, Generosi & Spirituosi potus sub moderamine medio-  
 critatis à senibus usurpentur, ne eos prosternamus, quos  
 fulcire debemus ex nimia spirituum agitatione per generosa,  
 &

& subsequeente fixatione narcotica functiones omnino ob-  
lieantur. Potest & liberalior potio nonnunquam concedi  
senibus, non ut mergat illos, sed ut deprimat curas, & ab imo  
animum moveat: Non verò deveniendum usq; ad ebrie-  
tatem, ut . . . alt. Hinc male mali illi Medici consulunt  
miserrimis, ut nonnunquam ad ebrietatem & vomitus usque  
in se ingurgitent potū copiam, cruditates enim hoc modo  
cruditatibus cumulantur, & miseri illi homines, jamjam im-  
potentes, redduntur impotentiores, infirmioresque & a pec-  
catis suis licentiūs perpetratis absolvuntur ægerrime. Sic  
potum nocturnum in senibus suspectum reddit Bartholin in  
A. H. V. 2. O. 105.

## THES. LX.

Sommus paulò longior, ut & meridianus senibus con-  
cedendūs, cùm vires totius corporibus notabiliter restauret,  
& eorum siccitatem humectatione corrigat; hinc & So-  
mnus vita senum vocatur: Non autem sit nimius, nim-  
um enim dormiens sénex juxta Hippocr. raro quid sibi boni  
ominatur. Vigiliae si exhibent molestiam, somnus promo-  
veatur emulsion: ex amygd. dulc. pistac. &c. lotionib. pedum  
somniferis &c.

## THES. LXI.

Danda etiam opera, quantum fieri potest, ut senes ante  
pastum deambulando se moveant, sed citra corporis lasfi-  
tudinem, quia ut plurimum eorum corpora sunt cacochy-  
mica, quæ facile à motu nimio & intempestivo noxam ac-  
quirere possunt vid. Hippocr. S. 2. Aph. 48.

## THES. LXII.

Nullus oritur affectus animi, quin cum sanguine spi-  
ritus afficiat; non igitur concedendus iis locus, cum exiguum  
illum adhuc superstitem calorem facilè suffocent & hu-  
midum absument, licet Hippocr. 2. Epid. 4. t. 24. Iram frigidi-  
dis, pituitosis & cachecticis commendet, quia & interdum bo-  
nus dormitat Homerus.

## THES.

4.

(46)

THES. LXIII.

Præstat in senibus alvis adstrictior, quam laxior, dicit Hippocr. S. 2. Aph. 20. danda tamen opera, ut pignior sui officii admoneatur laxantibus, ut Decoct. Prunor. adject. aliquot gran. diacryd. fol. Senn. Crystall. vel Crem. & pam. borsdorffian. cum croc. butyro, melle salutivo &c.

THES. LXIV.


Non omittendum & hic Veneris Exercitium: Solent autem voluptates ejusmodi in senibus, quod dixit Plato, ad quid autem in illa perducant vegetæ uxorculæ, docet Aristoteles, qui ignem amatorium & yugas esse ait, cuius lumen per se extinguitur. Vigorem enim lumenque ingenii non tantum extinguit libido, (unde de M. Antonio amore correpto Cleopatra, Plutarch. Animus Ejus ait, in ipso moriebatur, ut in corpore Amica viveret,) sed & vires atterit, consumitque calorem nativum, humidumque primigenium exhauiendo. Hinc veneri qui sunt addictiores, pallent, langvent, ad graviora, magisq; seria tractanda negotia prorsus inepti sunt. A Veneris rebus itaque abstineant Senes, quia accelerare valent dulcisimè mortem, sicut dici solet: Non esse mortem mitiorem, quam ubi Senex juvensularum dicit. Nec sibi persuadeant, quod stimulantia hoc exercitum juvenit, & ab ejusmodi assuntis confortativis gratiam juvensularum conjugum sibi concilient, sed sciant, quod ridiculo magis effectu & pudore reddantur infelices, dum ob laxiorem vesicularum cum Intestinis consensum, fodâ illuvie non raro & conjugem & lectum conspurcent. Fomenta quidem vivallis abesse non possunt juxta exemplum Davidis.

THES. LXV.

In genere quisvis Senex in Diæta suimet ipsius sit Medicus, utpote qui multum experiendo cognovisse se glorietur, ne ista Senecæ verba Ep. 93. p. 769, sibi sint injuriosa. Nihil ture prius est, quam grandis natu Senex, qui nullum aliud argumentum habet, quod probet, se diu vexisse, præter etatem.

DEO SOLI GLORIA.





ERfurt, Diss.) 1690/92



Sb.

V077



**Farbkarte #13**



B.I.G.

DEO DUCE ET AUSPICE CHRISTO!  
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,

*DE 1692*  
**AFFECTIBUS SE-  
NUM SALOMONÆIS,**

*Quam*  
AUTORITATE & GRATIOSO AMPLISSIMÆ  
FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU.  
IN ILLUSTRI ac PERANTIQVA ELE-  
CTORALI ACADEMIA HIERANA,  
SUB PRÆSIDEO

*Viri Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimi  
atq; Experientissimi,*

**DN. JUSTI VESTI,**  
MED. DOCT. ANAT. CHIRURG. ac BOTAN. P.P.  
CELEBERRIMI, FACULTATIS MEDICÆ ASSESSO-  
RIS & p.t. DECANI GRAVISSIMI,  
Dominii Patronatq; Promotoris sui obsequios  
colendi,

PRO

**LICENTIA**

*Summam in Arte Medica Adorem Apollinarem,  
Honores supremos & Doctoralia Privilegia rite capessendi,  
Publica ac placida Eruditorum censuræ fuit.*

**AMBROSIUS Stegmann**

Wettinô Saxo,  
IN AUDITORIO MAJORI HORIS CONSVENTIS,

*Ad diem Maii Anno 1692.*

ERFURTI, Charactere KINDLEBIANO.

